

vertere; sed omnis eorum labor in irritum recidit, imo ejus splendor illorum clamoribus exagitatus, quasi vehementibus impulsa flatibus tæda, clarius enituit. In quæ Jani Nicii verba Vincentius Placi-
cius *de Scriptoribus Anonymis detectis p. m. 120.* ita commentatur: *Quod de pudicitiae jactura dicit, vix inter vera admiserim, cum nil obscœni adeo, quod italas aures offendere possit, inibi legam.* Quod vero *de scriptoribus contra opuscum calamum strin-*

Hujus pœ- gentibus refert, utique ex re dictum est. Etenim matis re- contra hocce tam elegans opuscum, invidia ducti prebensores scripserunt multi, & in iis Faustino Summo, & Gio- & defenso- vanni Pietro Malacreta, quibus respondit Orlando res.

Pescetti. Malacreta vero separatim etiam, item Paolo Beni, cuius vita est apud Ghilinum Part. I. p. 184. Etiam pro eodem opere contra illius Zoilos scripsit Giovanni Savio. Et ante hosce omnes duo

Auctor ejus Verati, il primo, & il secundo. Cum jam amplius a quibus- nil posset invidia contra tam artificiosum poëma, dam indu- cœptus est ejus auctor Baptista Gvarinus ab aliqui- bium voca- bus in dubium vocari. Unde Henricus Ernstius

*Observat. Variar. Lib. II. Cap. 36. scribit: Lepidissimi libelli italici, qui vocatur *Pastor Fido*, auctor vulgo dicitur Gvarinus, de quo tamen subtiliora ingenia dubitant, quod alios versus scripserat, qui non de grege illo sunt. Verum enim vero cum toties hoc non modo defensores illius omnes, sed & alii auctores asseveraverint, & principi Mantuano, Vincentio Gonzagæ, Gvarini ob hoc poëma Mæcenati summo, ceu rem notissimam in dedicatione*

suæ